sionem Annuá Centum Marcarum pecunie. ex proven-
tibus. seu exactionibus. tam vel Antiqui vel veteris q;
Theloneo nostri prefati. quocus et quamprimum tenore pre-
sentium literarum nostrarum per ipsum Generosum Mathiá
Mokronosky. vel ab eo facultatem habentem. et quietationem
eius afferentem requisiti fuerint. nulla a nobis. vel suc-
cessoribus nostris alia Mandata expectantes. aut se ad

ra referen. neq; contraria recepuen. sed citra vllam mo-
ram. et tergiuersacionem. eidem Cenerosо Matgie Mo-
leronowskij. tribuant. dent. et in effectu persoluant si
ne qd ipsam Annuá pensionem in singula Annoy
quartualia. per ratas porciones. hoc est per viginti
quinq; Marcas diuidere. et exigere. suis sumptibus et se-
mel per integras Centum Marcas. pro vnoquoq; Anno
percipere voluerit. quod in eius arbitrio esse volumus Nos
vero quitaciones ipsius. de percepta et percipienda per
ipsum huiusmodi Annua pensione. in rationibus nobis
seu Thesaurario nostro faciendis. ratthas et gratas a vobis
habemus et suscipiemus susceptureq; nos. et successores
nostros promittimus. et exnúc prout extúc atq; extúc pro-
ut exnúc suscipimus. Horum quibus sigillum nostrum est
appensum. testimonio trárum Datum Cracouie in Conuétuoe
generali. feria quarta. in vigilia festi Purificationis Marie
Anno domini Millesimo Quingéntesimo Quinquagesimo
tercio

Relatio Magnifici Joannis Ochie
Regni Poloniæ Cancellarii
cap vt supra

Illatio Concessa pro Ædi-
ficatione Arcis nræ Przedecen
Cenerosо Alberta Koriczien
skij. ad triennium.

Sigismundus Augustus etc
significauimus etc Supplicasse nobis Cenerosum
Albertum Norinczwenski. Vexiliferum Caliszen
etc Capitaneum nrum Przedecen. vt tempus tri.
ennij. sibi a nobis in xta condiciones in nostris
literis. admitalitatis concessi. ad Edificationem Structure
Arcis nostro Predecen. cum ob alias causas certas
tum quod tempus tantum nó potuit ei sufficere per
ficiendis Structuris inceptis. prerogauimus et diferi
mus. Nos ustis illius precibus permoti. ex certa
sciencia. et gracia nra Regia ad tempus triennij. vnius
Anni spatium. a festo sancti Laurencij proxime futu:
ro. ad simile festum sancti Laurencij. in Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto. có:
putandum. prorogamus et adneximus. prorogamusq;
et adnigimus per presentes. ita quod interim ipse Ce
nerosus Albertus Norinczwenski conditionibus in nris
literis admitalitatis expressis satisfacere. et edificia per:
ficere teneatur. Harum testimonio literarum. quibus
sigillum nostrum est subimpressum Datis Cracouie feria
tertia post festum Sancti blasii proxima Anno Do.
nini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tertio

Relatio Magnifici Joan.
nis Ocziesken etc

Perpetua Donatio Altis Regia Consulatui Pazda

wien tertue partis Emolimentory
in Molendino Parczouiensi

SIgismundus Augustus etc

Significamus etc Consulatui Parczouien presenti et futuro. per Alem Regiam data est donatio perpetua, tertia mensura Emolimentorum. Quam Molinator in molendino sub ciuitate parczouien constructo percipere est. sueratq solitus. pro vtilitate et comodo ipsius proprio percipere. eta tam. vt suo semptr molendinatore bono. et perito molendinu pronidere teneantur. Communitati vero parczouien ea gra est exhibita. quod semper aggieri sub Ciuitate. in quo molendinu praescriptum est constructum. quod Tgelouen dnorum obulorum a bobus et vaccis singulis venum in locu quocunq pellendis instituimus est. Tgelouen hoc quidem per Consules etiam exigi. sed pro comodo. necessitate vtilitate. et munitione Ciuitatis Parczouien conuerti debet sub data concessum priuilegiu. Cracouiae in Conuentione Generali Regni Sabbato ante dominicam Oculi Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tertio Regni vero Vigesimo quarto Relacio et sup

Donatio opidi Crebow cum Omnibus villis pradiis et suburbio etc Cenceroso Stanislao

IN NOMINE DOMI

Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Solent Reges et Principes gnorum memoriam volunt esse perpetuam. ea tribs comendare Quamobrem NOS Sigismundus AVGustus REX Polloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, necno terrarum Cracoviæ. Sendomiriæ. Siradiæ. Lenciciæ. Cuiaviæ. Culmen, Elbin. gen Pomeraniæ. Russiæ. Prussiæ. Mazoviæ, Samogiciæ etc dominus et heres Significamus tenore prin. cium. gnorum interest vniversis. tam iis gri nunc sunt. quam gri postea futuri sunt. Quia nos habe: bis singularem rationem fidelium seruitiorum Generosi Stanislai Pieniążek de Iwanowicze. Aulici nostri Que ex dino olim parente nostro desideratissimo. ex nobis non minus Studiose. quam alacriter prastitit. et etiá nunc prestare non cessat. voluntis nostre in illum gratiu. et beneficentia Regue extare testimoniu. ac illum ad ea ipsa obsequiorum officia tanto alacriorem reddere ipsi et eius successoribus masenlis opidum nrum Crembow cum omnibus villis. prædiis. et suburbiis. ad dictum opidum pertinentibus vizt Siołkowa. Biała, Nisna Biała wisnia. Grodzik Kamigliowa. Dulsganowa Bogusza et Stakromi. bus. quegdem bona Crambow cum prafatis villis. ipse Generosus Stanislaus Pieniążek in Ceteris suis pecuniariis. ac successoribus nostris obligata tenuit. et in gnrsty diem tenet. de certa scientia. gratia. et liberalitate

nostra Regia. Consensq; Consiliariorum nostrorum, in
hac conuentione generali nobiscum cõgregatorum. dan-
dum et donandum duximus, damusq; et donamus
hisce literis nostris, titulo perpetuo et irrevocabilis do-
nationis iure tamẽ feudi cum omnibus et singulis ad
dicta bona Crembow. cum villis prefatis in eum fini-
bus circumscripta. et distinctata sunt. cum omnibus
utilitatibus et pronentibus vnnissis qui nũc ibi sunt
et in posterum humana industria excogitari poterunt
et cum iure patronatus. parrochialis ibidem in Crebow
nihil in eis ipsis bonis Opidi Crembow. in villis at he-
reditatibus. ad illud pertinentibus iuris dominij et pro-
prietatis. pro nobis et successoribus nris reseruando.
Sed in ipsum Stanislaum Pieniazek et eius successores
masculos transfundendo. Opidum Crembow. cum villis
prefatis. libertati, iuri, et immunitati quam habent bona
Nobilium fundalium Regni nostri. asscribendo et incorpo-
rando. per ipsum Stanislaum Pieniazek et eius succes-
res masculos Opidum predictum Crembow cum villis
et prediis. ac vniuersis hereditatibus. ad illud pertinen-
tibus in terra Cracouen. et Districtu Sandecensi. sibi
teneñ, habeñ, et quiete ure fendi temporibus perpetuis
et in eñ. possideñ. dañ. donañ. conuertañ vendeñ alie-
nañ. et in eos quos illis. et successoribus suis videbit
visus conuertẽñ. Bellica generali expeditione et cõtri-
butione duorum grossorum, vlgo poradlne appellata
in eisdem bonis salua permaneñ. Quod si vero pre-
fatus Stanislaus Pieniazek. nulla relicta prole mas-

culma. ex hac vita decedat volumus. ac presentibus
literis admittimus. vt ipsi Stanislao Premiaski. in fundo
prefati oppidi Crembow. et villarum. ad illud pertinen
vigore ipsius donationis. ex priuilegij nostri presentis
Nobilis Christophorus Kuiowiensky Comeroski Stanislai Kuo
iowiensky filius ipsius. Stanislai Premiaski ex sorore nepos
succedat atq; bona Crembow. et villas, ad illud pertinen
tium successoribus suis masculis. perpetuo. et in omnem
eventum. et possideat. In quorum omnium et singulorum
premissorum fidem et testimonium publicum, manu nostra
subscripsimus. sigilloq; nostro obsignare iussimus datum
in Conuentione Generali. Cracouie feria secunda post domi
nicam Iudica proxima. Anno domini Millesimo Quingen
tesimo Quinquagesimo Tercio. Regni vero nostri vigesimo
quarto. Presentibus etc

Relatio Magnifici Joannis Ocz.
dej R.P. Cancellarii etc vt supra

Donatio Castri et Opidi Brodnicza etc Comeroso Ra
phaeli a Dzialin

IN NOMIE DOMI

AMEN. Ad rei memoriam sempiternam Quoniam
quae in tempore fiunt. tempore quoque. nisi literarum
munimentis comendentur intereunt Ideo Nos Sigis
mundus. Dei gra Rex Polonie. Magnus Dux Lithuaniae
Ruthenorum terrarumq; Gnesnen Sendomirie etc dominus

et heres. Significamus tenore pñcium. quorum interest
vniuersis. et singulis presentibus et futuris. harum
noticiam habituris. Quia cum proximis temporibus
fatali casu. Castrum Brodnycza et Oppidum in terris
nostris Prussie situm. incendio essent cõsumptum Ac om
nis supellex, et facultates. tam Ciuiũ nrorum. quam
Castri et Capitanei moderni. que illic erant, igne cẽt
absumpte. ex scriptis reuisorum nostrorum. quos designa
ueramus, intellexim⁹. Nos cõtemuenda pecunniarum
suma. opus esse ad restaurañ tam Castri quam Oppidi
necessitates. quas oppidani Brodniczen. oñibus facul
tatibus exuti nequaq̃ prestare possunt que accedit quod
sumi pecunniarum per sexinos antecessores nostros, in
Castro. Oppidis. ac villis Capitaneatus Brodnicen, tempo
re bellorum Prutenicorum inscripte in tanto sint nro
rũ collate cum impensa. que necessario esse in reparati
onem Castri et Oppidi Brodnicen faciẽ valorem Capi
taneatus vniuersi si nõ supperaret certo tamen equaret
Cum ita nos singulari gratia. erga Generosum Rafaelẽ
a Dzialin Capitaneatus Brodnicen moderñ possessorem
propendeam⁹ maioresq̃ ipsius Serenissimis antecessoribus
nostris et Reipub: meritis, sua seruitia probata et grata
reddiderunt, et ipse Generosus Raphael a Dzialin pri
mum in aulis Serenissimorum. ac excellentissimorum
Catholica Cesarea ac Romanaq̃ Regia Mtũm ac alior⁹
pñcipum Christianorum. in rebus bellicis et domesti
cis honesti et cum magna nominis sui gloria seruierit

Postea quoq; ab illorum sermone. ad nostra tanq; dñi
ni Hereditarii se cõtulerit. ac fideliter splendide et mu:
ptuoso nobis ac Reipub: belli et pacis. tempore inser.
uerit. et quousq; seruire no cessat. volẽs grám nostrá
erga ipsum. eiusq; successores sexus utriusq; testatum
facere. de certa scientia et deliberatione nostra Regia, nra;
utroq; praehabito cõsilio. adhedente ad id Consiliariorum
nostrorum omniũ nobiscum. in prti cõuẽtione Regni. exi:
stentium. assensu et expressa voluntate. Dedimus Cõcesso.
so Rasauli a Dzialin. eiusq; successoribus. ac donamus
donatione pura. et irrevocabili Jure hereditario Castri
et Oppidi Brodnijcza cum omnibus et singulis Oppidis
villis Juribus patronatus. Lemanis. molendinis. ac aliis
omnibus. ad praefatum Castrum et Oppidum Brodnijcza
ex antiquo pertinẽtibus. damusq; ac donamus. per pre:
sentes hrãs nras perpetuis temporibus et in eũ. nihil
pro nobis. aut Sereniss̃imis successoribus nostris Juris do:
minii. aut proprietatis in praefatis bonis omnibus Brod:
nicensibus reservando. sed omne Jus Regiũ. quod nobis
ac Sereniss̃imis nostris antecessoribus Regibus competebat
in ipsum Cõcesum Rasaulem a Dzialin eiusq; successores
utriusq; sexus praefatum Castrum et Oppidum Brodnijcza
cum aliis Oppidis. villis. Juribus patronatus. Senlteciis Le:
manis, Molendinis. et eorum emolimẽtis. Agris, pratis, Cã:
pis. silvis. Nemoribus, Indaginibus, Venationibus. pascuis
piscinis. piscaturis. Lacubus. Fluviis, Fluminibus et eorum

decursibus. Ac vniuersis et singulis cẽsibus, reddi-
tibus, et gribus ms promentibus sunt, ac dstrjs
nullis penitus exceptis qui nũc in prefatis bonis
Castri et Oppidi Brodnicen. ac omnibus ad ea ex
antiquo pertinentibus. sunt. aut postea humana in-
dustria. inde produci. et excogitari possint. Ea longi-
tudine,. Latitudine. ac circumferentia. quẽadmodum
ipsa bona sunt. in se distincta. et limitata. et qua huc-
usq ipse Comerosus Raphael. a Dzialin. et eius antece-
sores. in suis preeminiarum. tenebant, habebant, et
possidebant. vigore pũtis donationis. nostre Iure Here-
ditario. tenẽ. habẽ. vtifruẽ. quietq et pacifice
vna cum successoribus suis vtrumq sexus. possidẽ
ac sine cõsensu nostro. ac Serenissimorum successo-
rum nostrorum. dañ. donañ. vendẽ. commutañ et in
vsus quoslibet beneplacitos suos. ac suorum successorũ
conuertẽ. perpetuis temporibus. et in cuius. Harum te-
stimonio trãrum. quibus in fidem. manu nostra subscrip-
simus. et Sigillum nostrum pũtibus est subappensum Datũ
Cracouie in Comitijs Regni gñali feria sexta post Do-
nicã Iudica. Anno dñi Millesimo Quingẽtesimo Quin-
quagesimo tertio. Regni nostri Vigesimo quarto pũtibq etc

Relatio Magri Joannis Ocgeski
etc

Cessio. et transfusio Scultetiæ cum Molendino in villa Ostro

wic. Nobilis Ioannis Iagniath=
kowski. Nobili Andree Pisarski

Sigismundus Augustus etc
Significamus Quod personalr Constitutus
coram nobis. Nobilis Joannes Iagniatgkowski. Scul.
tecia in Ostrowie possessor. palam et per expressum re.
cognouit. se in vniuerso Jure. quocunq; illi vigore lit.
rarum nostrarum. cōsensus et admitalitatis. super Ad.
nocatiam in villa nostra Ostrowie. cum molēdino Laneq;
deserto ducto volni competebat. Nobili Andree Pisarski cessi.
sse. atq; illud in personam ipsius plenarie transfundisse Sup.
plicatumq; essē nobis. vt in ea cessionem. et transfusionē
consentire dignaremur. Nos itaq; eandem Ratam. et fir.
mam habēn. in eam cōsentiendum duximus. cōsentimusq;
presentibus. eandem Adnocatiam. cum molēdino et lanco
deserto in villa nostra memorata Ostrowie. ac cum omi
Jure. dominio. et proprietate. vniuersisq; fructibus, prouēti.
bus emolimētis. obuentionibus. et pertinentiis illius quomo.
libet ad eandem bona ex antiquo pertinētibus. ad extre.
ma vsi ipsius tempora. tenendam. habendam. vsifruendā
quieteq; et pacifice. nexa vim et cōtinentiam literarum
originalium. desuper iuste et legitime emanatarum po.
sidendam Promittimusq; pro nobis. et Serenissimo suc.
soribus nostris. quod quamdiu ipse Andreas Pisarski
vixerit. neminī subditorum nostrorum cuiuscunq; sta.
tus et conditionibus existentium. dictam Sculteriam

cum Molendino et Lanco diserto, emptg alterutrius de manibus ipsorum redimere cõsentiemus. nec Serenissimi successores nostri cõsentiẽt. sed nec nos ipsi pro minus fisco vero nostro. aut alio quocunqꝫ quesito colore ipsum redimemus nec successores nostri rediment. quin in quieta possessione ad extrema vsqꝫ vite eius tempora conservabimus. successoresqꝫ nri cõservabunt Quibus tamen nostris Regalibus salvis in eadem permanẽtibus. Harum testimonio literarũ cl̃s Datis In cõuẽtione generali Cracouie feria secũda post dominicam Judica proxima. Anno domi Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tertio Regni nostri vigesimo quarto

Relatio Magci Joannis Ocesske ill

Adiunctio et appropriatio partis bonorum nrorum Przeborowic. ad bona Cnosi Zegote Morski hereditaria wielki Strzeliecz

IN NOMIE DOMI AMEN Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae. Magnus Dux Lithwaniae. Ac nõ terrarum Cracs Sendomiriae. Siradiae. Lanciciae. Cuiaviae, Russiae Prussiae. Mazoviae. Samogitiae. Culmen Elbingen Pomeraniae cl̃s dñs et hered. Significamus cl̃s. Quia cum Generosus Zegotha Morskij de magna Strzeliecz here

et Tenutarius Ossidi nostri vsque diligenter peciisset a no-
bis. quo illi cum successoribus suis. partem fundi bonorú
nostrorum Przyborowic concidere. fundoq ipsius Gerechta-
rio bonorum wielki Strzyżewicz. adiungere et appropriare ve-
llemus. super quo ducere posset aggerem piscine. quam
in fluuio Lutygownia. de fúdo bonorum wielki Strzyżewicz
construere vult. Nos itaq habentes rationem seruitiorum
ipsius Generosi Zygotge Morsztyn. SERenissimo olim patri
nostro desideratissimo nobis fideli exhibitorum Volúq
ad ea seruitia. ipsum eo alacriorem reddere. ex speciali
gratia nrá. concedimus ipsi. et successoribus eius. partem
bonorum nostrorum przyborowic. bonoq eius Gerechtario
wielki Strzyżewicz. adiúngimus. et appropriamus. super quo
fundo ducere possit aggerem piscinæ memoratæ. incipiéd
ab aggere. quem duxerit a monte suo Kiedzwiedzica di-
cto per flumen Lutygownia. que bona nostra Przyborowe
a bonis eius Gerechtarijs wielkie Strzyżewicz dividit vsq ad
móticm nostrum Jemiolna nuncupatum in bonis Przyborowi
gi situm et tandem. ab aggere sic dicto super fundo bo-
norum nostrorum Przyborowijgi fluuio Lutygownia cóiungo
ei. tamen super quo aggerem cómode statim potist. vsq ad pis-
cinam. in quam idem fluuius Lutygownia. cum altero flu-
vio. biała vocato cófluit. Ea tamen códitione. vt sit
sine impedimento nostro et SERenissimorum successorum
nostrorum. si in eodem fluuio Lutygownia aliquando piscinã
cóstruere. et edificare vellemus. Harum testimonio literarum
Datis Cracouiæ. in Cónúctione gnali festa pg dominicum
Judica proxia Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tertio
Regni nrí vigesimo quarto

Sigismundus Augustus REX

Donatio perpetua educcndorum bonorum c nris siluis pro necessitate domestica cti Chroso Adamo Zielicnski

In nomie dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus cti Significamus tenori psntium cti Quia cum dilectus. ad nos Chrisostus Adam Zielcnski. Qui STRenissimo olim duo parenti nostro in armis suis Mtis agens. tam inde ab inentissima etate fideliter. et aligna etiam sua cum laude prestitit et nobis interdum ipsis prestat. villam suam hereditariam Borowa que inter bona nra Ossidi Stheziusa. et villarum. Langsteckij. Baluthgow. ac Colibue. ad Capitaniatum Radomien pertinen. sita est. in tantis angustiis esse positam. adeog a predictis bonis nostris coarctandi vt nigg lignandi pro foco. ac domestica edificatione vllum locum habeat nigg vlla pascua pro pecoribus. et pecudibus. et ipse. et subditi cum villi Borowa habere possint. Cumbplim seruiorum dignam rationem habeat. ipsi ac cius successoribus legittimis ipsi met ac incolis villi Borowa. psentibus et pro tpe existen ardenti ad id consensu cosiliariorum nrorum. in hac gnali Regni conventione. nobiscum existen. Pandam. et concedendo duxig donationi perpetua. ac irrevocabili liberam facultatem. omne genus pecorum. et pecudum. in suma omnes greges in campis. et reliqua pascua. quorumg noie nuncupentur. bonorum nostrorum predictorum. in circuitu villi borowa incultum

ossidi Stgiebrga. villarum Láng. Skokij. Kalutgow. ac Golebie
ex eurra ville prædicte. borowa. ac ex ipsa etiam villa
agendi. cagg ibidem pascendi. cibra tamen dammú incolarú
in bonis prædictis nostris agentiú. Dicimus insuper eidé
Adamo Zielienskij. eiusqg legittimis posteris. liberam ac
pcenam adiscionem. ac eductionem. et lignorum pro foco
domestico et ruborum. pro omni genere edificadi curie sue
borowa. absq tamen damno bonorum nostrorum ex borris
seu pinetis. silvis. ac nemoribus prædictorum ossidi et vil-
larum nostrarum. Conradimus etiam ville borowa nicolis. pra-
sentibus et pro tempore existeú. ex iis ipsis boris seu pi:
nétis. silvis et nemoribus urís liberam facultatem lig-
na arida. nó modo ghuú procerda. verum et in stipite etiam
ghrenkia que tamen iam arwerint. pro foco vsqg
domestico educendi damnoqg presentibus literis nostris. per-
petuis temporibus. et in annum. Quare Magco petro de dam.
browyska. Terrarum Russie Tallalmo. ac Radomieú Kasimi-
ruchqg Capito. presenti. aliisqg Capitaneis Radomieú. seu qui.
buscuis Ossidi mri Stgiegrga. ac villarum. Lang. Skokij. Kalu.
tgow ac Golebie. tenutariis pro tpe existeú Mandamus
quo prædictum Adamú Zielienskij. eiusqg posteros. et successo-
res legittimos. ac incolas ville sue hereditarie borowa in
donatione. quam illi grá nra fecimus cóservetis. ac cóser-
vare faciatis. neqg in vsr pascuorum prædictorum. ac lignan-
di etiam tali facultate. qualem illi dedimus cor im-
pediatis. pro gratia nostra Regia. Harum testimonio ipsi
datum Cracovie. in Conuctione Regni nri grali feria quinta
vxá post dominicam Judica Anno Millesimo Quingcentesimo
Quinquagesimo tertio

Relatio Magri Joannis ostrinski ipsi

Conscriptio Nobilis Ioannis in possessione villarum Ryplnij etc.

Sigismundus Augustus etc.

Significamus etc. Quia cum nobis esset relatum per certos consiliarios nostros. Nobilem Joannem Swierz in finibus Regni nostri proxime tempore incursus hostilis fegerere. Quare vt nobis et Reipub. eo alacrius inserviret ipsum Nobilem Joannem Swierz in possessionem villarum Ryplinesz Holoskowa. Palmtinesz Przewroscz Ploska oluszkowy esz et Dobrogoszcza. in districtu Camieccen sitarum. cóservan. ad extrema vite tempora. et relinquendum duxim⁹ pront conservamus et relinquimus. per presen⁹ nr̃as nostras. Promittẽn pro nobis. et serenissimis successoribus nostris. quod neq; nos ipsum pro mensa. aut alio quocunq; quesito colore redimemus. et nec cuiq; facultatem redimendi dabimus. neq; Serenissimi successores nostri redimet. sed tam nos ipsum Nobilem Joannẽ filium dicti Nobilis Joannis Swierz in pacifica possessione datarum villarum. ad extrema vite eius tpa cóservabimus et manu tenebimus. et successores nostri cóservabunt et manu tenebunt Juribus nris Regalibus salvis et in eisdem manen. Harum testimonio literarum etc. Datis Cracouie Regni feria quinta. ante dominicam Palmarum pxia Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tercio

Relatio Magnifici Joannis Ostrorog etc.

Æ uiterna libertatio. a Thelonei s. Famatorú Ciuium ac incolarum Camieniecensium

IN NOMINE DOMINI AMEN Ad perpetuam rei memoriá .Nos Sigismundus Augustus &c Significamus tenore præsentium. vniuersis tam præsentibus quam futuris. Quod cum relatum esset nobis Ciuitatem nrám Camieniecen. in terris nris Podolie. que antemurale et propugnaculum Regni. et Dominiorum nostrorum est partim propter Caritatem annone. cuius est penuria magna. in cõfinibus aliis partim propterea quod nullas libertates. et prærogatiuas. a Seremissimis prædecessoribus nostris concessas habeat. maxima ex parte desolatam esse. et nisi beneficiis nostra Regia fuerit ei prospectum. multo desolatiorem futuram. supplicassentq nobis cõsiliarii nostri in hac generali comitiorum cõgregati. vt libertatem ab omnibus et singulis Theloneis nostris. et Regni nostri illis daremus. Quamobrem nos de certa scientia grã et munificétia nrá Regia Consensumq cõsiliariorum omnium Regni nri. cupiẽs Comodis incolarum eius Ciuitatis cõsulere. ad melioremq statum. et conditionem illam reducere. omnibus et singulis eiusdem Ciuitatis ~~cõsulere ad melioremq statum. et conditionem illam reducere omnibus et singulis eiusdem Ciuitatis~~ nri Camieniecen. Ciuibus et incolis. tam ij Romani. tam Greci siue Armeni

ritus sint eam gratiam. et plenitudinem faciendam et conce-
dendam consuimus. quod possint et valeant. cum rebus
suis omnibus. et mercibus propriis. cuiuscumq; generis
ac fuerint. et speciei. atq; bobus pecoribusq; atq; peco-
ribus. quibuscumq; per omnia Regni et Dominiorum no-
strorum loca. et quascumq; Telonearum Cameras. ire pro-
ficisci. transire, deducere, Reducere, vendere, Comutare,
libere. tuto. secure, et absq; omi impedimento. ac Telonei
et vectigalis. tam noui, quam antiqui. quam cuiuscunq;
alterius. quocumq; nomine ea appellentur, solutione exa-
ctione, et departacione. Excepto tantum nono Telonio
finitimo Regni nri. damusq;. Concedimus. ac eisdem Ci-
uib. et incolis Camerarum eorumq; quilibet. a Telonei
et vectigalibus omnibus liberos prorsus et immunes faci-
mus. et pronunciamus. hisce lris nostris. perpetuis tempo-
ribus et in aeui Ita tamen, vt sub protectu Regius liber-
tatis ij ipsi Ciues et incole Camerarum. pro suis rebus
et mercibus. bobusq; alienas merces. res. bonaue vllo mo
do. deducere. diuidere sue comutare nõ audeant. sub omi.
pena tam vniuersarum rerum. mercimoniq; huiusmodi a-
lienarum. quam omnium bonorum suorum: mobilium etiam
mobilium Quarterca vnius et singulis. Regni et domin.
orum nostrorum. Cognitariis. officialibus Palatinis Ca-
stellanis Capitaneis, Tenutariis viceCapitibus Burgrabiis No-
bilibus Telonearum. quorumuis et vectigalium praefe-
ctis. Notariis. Custodibus et eorum substitutis. Cuncta

tum Ossidorum. et villarum. Rectoribus Precóſnlibus
conſulibus. ceteriſq; oñibus quorum interest id denúciamus
atq; vna Mandamus. vt eodem Ciues nrós et nrolas
Camerecen hac libertati conſeruetis. et manutenatis Có-
ſernarisq; et manuteneri faciatis. nullaq; Tgilonia et re
galia. ab eis eorumq; rebus. et mercibus propriis cu-
iuscumq; generis ac fuerint. et speciei. bobusq; aut
pecoribus exigatis. neq; alios exigere patiamini dempto
vt premiſſum est Tgilonco Regni nró nono finitimo sed
eos vna cum mercibus illorum proprijs bobusq; libere
et absque omni impedimento ac Tgilonci Ciuibus solu-
tionis per omnia Tgiloniorum loca. ire proficiſci. et trás-
ire permittatis. et ab aliis permitti faciatis. secus pro
fide vestra. et gratia nostra nó facturi. In quorum
omniú fidem et testimoniú. praseń. manu nostra subscrip-
simus. sigillog nostro communiri iussimus. Datt in Comi-
tijs generali Cracomień. feria quarta post dominicam
Letare proxima. Anno domi Millesimo Quingentesimo
Quinquagesimo tertio Regni vó nri vigesimo quarto Pra-
sentibus Reuerendissimo et Dignissimis in Xpó patribus dnis
Nicolao de Lubrzgowski Archiepiscopo Cracovien. legato na
to et primate. Andrea Zebrzydowski Epó Cracovien Jo-
anne Zdrojowski Vladislavien. Andrea Czarkowski nomi-
nato Poznanien. Andrea Mosteowski Plocen. Jacobo Vchan-
ski Chelmen. Terrarum Episcopis. necnó Magnificis Ge-
nerosis et Venerabilibus Petro Kmita comite in Wisnicz
Palatino et Capitaneo Cracovien. Regni nostri Marsalko
supremo Siepnsien. Premiſlien. Colen. Nicolao Odrowski

de Felstin, Sendomirien et Leopolien Martino Zborow-
ski Caliszien Gedidlowien Odalanowien Jamszio a Kos-
zielecz Brzesten maiori Polonie generali Maklien
Andrea Comite a Ghorzin Lublinien Zawichostien Epi-
copo de Przemyslania Ranen Spytkone Jordan de Zakliczin
Sandecen Regni mi Thesaurario Valentino Dembinski bu-
chen Cracovien burgrabio Nicolao Myszkowski de Myrow Ka-
domien Ducatuum Osweczimien Zatorien Stanislao a Ghor-
zin Leopolien Lublinien Belzen Joanne Boner de Kalisz
chilmensis Magno procuratore Cracovien Joan Komorow-
ski Polanicen Joanne Lubtgowirski Brzezinien Curie mi Thes-
saurario Lanscicen Nicolao Lubtgowirski Chochowien Flo-
riano Zebrzidowski Osweczimien Bartholomeo Zebrzidow-
ski. Brzesten et Dobronien Joanne Loboczki Spiczimirien
Nicolao Radzeiowski Costinien Castellano Joanne Ostrik
Regni mi Cancellario. Succamerario burgrabioq Crac-
sandecen Ostrorien Capitaneis. Joanne Przerembski vice-can-
cellario Regni mi et Preposito Crac Georgio Podlodowski
Canonico Crac Joanne Sirakowski Curie mie Referenda-
rijs Martino Cromero Canonico Crac secretario nostro
Nicolao Mniszek de magna Cuntzicz Cubiculi mi Præfe-
cto Lukowien Sokalien. Stanislao Ligiza Regni mi pocilla-
tore Thessalonicen. Gabriele Tarlo Regni mi incisore Chel-
mien Capitaneis. et alijs quam plurimis dignitarijs
et officialibus mis Testibus circa premissa dalis per ma
nus Magnifici Joannis Ostrorogi Regni Poloniæ Cancellarij
Succamerarij burgrabij Crac Sandecen Ostrorien Capti
Synen nobis dilecti

Sigismundus Augustus Rex Scripsit

Donatio ville nostre Popchow Nobilibus Marco et christiano Manduel Fribus

IN NOMIE DOMI AMEN. Ad rei memoriam perpetuam. Sigismundus Augustus etc. Significamus tenore presentium universis et singulis. presentibus et futuris quarum noticiam habituris. Quia cum relatum esset nobis. per certos consiliarios nostros. Nomine Nobilium Marci et Christiani Manduel dilectorum. quod Nobilis Henricus Manduel. sanguinis vinculo ipsis consanguineus villam nostram magna Popchow. dictam in terra Pomeranie sitam. a Serenissimis antecessoribus nostris Regibus Polonie, cum antecessoribus nostris. vltra hominum memoriam. Supplicatumq est nobis. ab eisdem consiliariis nostris. vt ex clemencia nostra Regia. post mortem Henrici Manduel aut parti ipsius masculi dimittere. prefatam villam magnam Pemplow. nobilibus Marco et Christiano Manduel fratribus. in solidum. Jure feudi dare. et donare dignaremur. Cum itaq per eosdem senatores nostros declaratum esset nobis dictorum fratrum nobis fidelium indefessam voluntatem et studium. volen ad ea prestan eos reddere obligatos de certa sciencia nostra et gratia et liberalitate Regia. maturaq deliberacione pregabita ardentes eciam ad id senatorum omnium nobiscum in presenti comitione Regni existencium expressa voluntate et assensu decimus ac donamus damusq et donamus prefatis fribus Marco. et Christiano Manduel vtrique in solidum ac scorsum cuilibet. et eorum successoribus

sexus Masculini Jure feudi villam pfatam magnam Po:
pelow dictam in terra Pomeranie sitam Dumsgk et do:
namus vere et irrevocabilis donationis titulo per pre:
sentes. cum primú ea ipsa villa. morte pfati Nobilis
Henrichi Mandtuel. aut defectu prolis masculine vacá:
verit vel potius exuis prout extú. cum omibus et sin:
gulis ad pfatam villam ex antiquo pertinétibus et
quemadmodum ipsam dictus Henricus tenet et possidet
Et iam exnimus dumus pfatis fribus Marco et Cgri:
stiano Mandtuel. realem interessionem. et actualem po:
sessionem. in pfatam villam magnam Pompelow quocúq
voluerint. aut alter illorum voluerit. per quamq personá
publicam inxta consuetudinem terre illius in qua villa pfa:
fata magna Pumplow consistit. quam exnúc ipsis ad bo
na pfata nomíe nostro adsignáu vt muris est adimus
per pfatos nobiles Marcum et Cgristianú Mandtuel frés
vterumq simul. ac quemlibet in solidum. ac eorum heredes
et successores legitimos masculini pfatam villam magná Pom
plow in casu vacationis modo pfato cum omibus alti
mentis predijs censibus reditibus. agris. pratis. campis
siluis. nemoribus venationibus. pascuis. piscinis piscatu:
tionibus molendinis. et eorum emolimétis. fluuijs. fluuijorum
et eorum decursibus. portus. honoribus ac laboribus qui:
bus:is. ac generaliter cum omibus vtilitatibus fructi:
bus et prouentibus. nullis penitus exceptis. aut pro nobis
aut sereniss:imis successoribus nostris regijs Jure feudi te:
nú. habeú. vtifruú. quietq et pacifice. temporibus per
petuis. quamdiu sdi successores illorum masculini sexus
legitimi superfuerunt. possideú. ac cum cósensu nostro

et Sereniſſimorum ſuccſſorum noſtrorum dan. donan. vendicn. alienan. permutan. et in vſus quoscunq; beneplacita eoꝝ conuertcn. In harum teſtimonio literarum. quibus mi-
dim sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum Da-
tum Cracouiæ in conuentione Regni generali feria Quinta proxima. ante dominicam palmarum Anno domini milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo tertio. pontificatus. L

Relacio Magnifici Joannis Ocz-
ski. etc.

Donatio ville noſtre Tu-
genhagen Nobilibus Si-
moni Michaeli. Stephano. et
fratribus

IN NOMINE DOI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Sigiſmundus Augnſtus. Dei gra Rex Polonie etc. Quod cum nobis. a ſeruitoribus noſtris Regni ſit relatum. Anteceſſores nobilium. Simonis. Michaelis Steffani et Joannis Leyck frum. ex Pomerania stre-
nuam operam in bello Pruthenico Regibus suis. et Reipublice nauaſſe. Inſuper quoq; non paucis in rebus Nobilis Simon Leyck. ſeruicia sua probata et grata nobis et Sereniſſimo olim domino parenti noſtro rediderit. Vo-
len itaq; tam ipſum. quam frem eius. ad seruicn nobis et Regibus Polonie. promptos. et alacres efficere be-
nignitatis noſtre Regie. teſtimonium ad poſteros etia

permanaturum. apud ipsos relinquendum. Statuimus
et de certa scientia et gratia nostra. matura deli-
beracione prehabita. Adhidente etiam ad id Senato-
rum. et consiliariorum nostrorum Regni nostri. ac
terrarum Prussie. assensu et voluntate. predictis fratri-
bus. eorumq; legitimis posteris. villam nostram Tugen-
gagen. in insula maiori sitam Jure feudi. perme. et
Donamus. vera. et irrevocabilis donacionis titulo Ita
quod ipsi fratres insimul. ac eorum successores mascu-
li. predictam villam Tegengagen. in Insula maiori
sitam. cum omnibus eisdem Censibus. reditibus. agris
pratis. Campis. Siluis. et indagacionibus. pascuis. piscuis
piscaturis. Lacubus. Molendinis. et eorum emolumentis
ventilibus. ac. aquaticis. Fluuiis. Fluminibus. et eorum de-
cursibus. pomis. Honoribus. ac laboribus quibuscuis. anti-
quitus. ad Castrum Marienburgen spectantibus. quos de
cetero. nullus Capitaneus. nec quisq; officialium nostro-
rum exigere debet. aut poterit. ac generali. cum omnib;
vtilitatibus. fructibus et prouentibus. nullis penitus excep-
tis. aut pro nobis. et Seremissimis successoribus nostris
reservatis. et que nunc sunt. et futuris humana indu-
stria produci et excogitari possint Jure feudi. tenendi ha-
bendi. vtifruen. quietq; ac pacifice possidendi. ac
cum censu nostro. et Seremissimorum successorum
nostrorum vendi. donandi. vendendi alienan. com-
mutan. et in vsus quoscuq; beneplacitos convertendi ha-
bebunt facultatem. Harum testimonio litterarum ipsis

patum Cracouia in Comitione Regni generali feria quinta. ante Dominicam Palmarum proxima. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tertio Regni vero nostri vigesimo quarto. praesentibus

Nouu priuilegii Concessio villanis ville Melencz in maiori insula Marienburgen

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Sigismundus Augustus etc Sigismundus etc Quod cum subditi nostri. de villa Melencz. in maiore insula nostra Marienburgen Priuilegium eorum tempore belli deperditum esse nobis retulissent. Nosq ad intercessionem quorundam consiliorum nostrorum. ad praesens nobiscum existentium loco deperditi priuilegii eisdem subditis nris nouum priuilegium dandum. et concedendum duximus. Itaquidem quod praedicta villa Melencz. in se et suis limitibus habeat mansos sexaginta duos. quos eisdem incolis ville Melencz iure hereditario Culmen. damus et inscribimus per eosdem eorumq posteros. habendos. tenendum. possidendum. vtifruendum. quietq et pacifice. in perpetuum possidendum. atq damus donamus. et in suos suorumq vsus conuertendos prout et ipsis. eorumq posteris melius et vtilius videbitur expedire. de quibus sexaginta duobus mansis Plebanus ibidem habeat quatuor mansos liberos Scultetia aute rone officii scultetie habeant quinq mansos liberos. atq vnum qui pro nunc praenominatus Adrianus Adler possidet a censu

liberum de quo singulomus ad labores aggerorum
obligatur. de reliquis quidem vero quadraginta du-
obus mansis. de quolibet in singulos annos. ipsi et
eorum successoribus tenebuntur solvere. per marcas
pruthenicas tres solidos decem. duos pullos. atq; di
ebdem ad laborem aggerum. et castri. ita demceps
tenebúntur. prout hucusq; tenebantur. Ita quidem quod
a falcastracione fæni. dicti moolsa ville Milenz. et corú
successores sint exempti. ratione cuius exemptionis nõ
bis nríisq; successoribus annue solvent Marcas viginti de
ceteris autem sex mansis. quos Fordan nominátt iudex
Incole annuatim ad Castrum Marienburgk nobis suc
cessoribusq; nris solvant de quolibet manso per mar-
cas Pruthenicas quatuordecim. de aliis aut quatuor más
sis vberschar nuncupatis. nobis successoribusq; nris ad
Castrum Marienburgk. solvant per marcas tres, pre
terea de manso uno. quem liberum mansum nominant
illumq; hortos. aligñ fuisse dicunt. cuius meditatis in
præsens Ludowicus vorsselteq. notarius Castri nri Mari-
burgen est possessor. possessore eundem nobis. nrisq; succes
soribus. pro. singulis annis. ad Castrum Marienburgk sol
vant Marcas pruthenicas quinq;. Quibus solutis eodem
Nicolaus ville Milenz pñtes et futuros in ea cõservari.
mus libertate. pro vt vsq; in hoc tempus fuerunt. ita quod
ratione sex mansorum Fordan nominatorum. tum qua-
tuor mansorum vberschar. et de libero manso. quem hor-
tos fuisse dicimus. nec ad labores Castri. nec ad labores
aggerum teneantur. prout hucusq; nõ tenebantur Cõsuls

antem perpetuos. certis mansis inscriptos. nempe mar-
cas nouem nobis demaps solvent. prout hactenus sol-
verunt. de mansis aut quinq; Sculteciæ possessores eo-
rundem. solvant annue ad Castrum Marienburgk du-
os modios siliginis cum medio. et totidem tritici a-
lterius. Volumus quoq; scultetis eiusdē villæ Melnic fertia
partem indiciorum. sive multarum. maiorum et mi-
norum. iuxta consuetudinē. et iura aliarū villarum
maioris Ihesulē nrē. Taberna aut annuatim. Marcas
quatuor solvat. atq; census spiritualis. sive dīni Lau-
rencii. incolæ eiusdem villæ. ita solvant. vt hactenus sol-
verunt. Confirmamus insuper Nobilem Ludovicum Ver-
feldtq. in iuribus et libertatibus a dīno parente nostro
nobisq; in dicta villa Melnic obtentis. Iuribus nrīs Regali-
bus. in eadem villa per omnia semper salvo. Harum
quibus Sigillum nostrum est appensum. testimonio literarum
Actum et datum Cracouiæ in conuentione generali Regni
Feria quinta ante dominicam palmarum Anno dom̄i Mil-
lesimo Quingentesimo Quinquagesimo Tercio. Regni vero
nostri vigesimo quarto. præsentibus etc

Relacio Magnifici Joannis Ostro-
roz etc vt supra

Litera data salui conductus ad exigenda debita Georgio Fallenero. Ciui Gedancn

Igismundus Augustus etc Significamus etc

Cum relatum sit nobis Famatum Georgiū Fallen-
rum Civē Cedamen. complures habere debitores, tam
ex Agriculis. quam Judeis. qui id quod ei debent ab
antiquis non paucis. solvēn esse recensent. qua lris no-
stris Moratoriis impetratis solucionem in longum tem-
pus extrahere. atq; item aliis impetratis Moratoriis ab
omni prorsus solucione. magno cum dispendio exiarun-
ra illius. elabi conari. Supplicatumq; est nobis qno in-
demnitati illius. ex grā et Clemencia nra Regia pro-
spiceremus. Quamobrem facimus ptām. Si cor lris ipsi
Georgio fallenero, quod omnes et singula lrās nās mo-
ratoria. seu salvi conductus. cuicumq; date. et cōcessi per-
nos fuerint. post datam presencium. nullius roboris nec
momenti. quoad ipsius Georgii debita esse debent. neq; ei-
dem debitores. contra illum vlla racioni sese tueri poterit
sed eis non obstantibus tenebitur quivis debitor astrictus
erit. contra quem debitum. illud sive Chirographus. sive
offitiosis inscripciombus. sive quibusvis aliis iustis iuri-
dicis documentis probaverit. sive vlla mora. et excep-
tione plenarie et integre solvere. atq; pro eo secundum pa
cta satisfacere. Preterea. si quibq; ex debitoribus Georgij
anti datam presencium lrās moratorias. a nobis cōcessas
habeat. concedimus facultatem. cuilibet officio et iudicio
vbi commentus ille debitor fuerit. vt illum ad prestanda
tancionem fidemssoria. di solucionem ipsi Georgio facien
sumul. atq; eidem lrā moratorio expiraverint. non
obstantibus etiam moratoriis illis. cogat. et compellat. Pe-

inq. quecunq in Cyrographijs seu inscriptionibus bñficio
trárum moratoriarum se abducauerit. Si etiam Georgio ad
solucionem agendi sunt. Quare oñibus et singulis. Pala-
tinis Castellanis. Capitaneis. Burgrabijs. et eorum Locum
tenen. Nobilibus. Proconsulibus. Consulibus. Aduocato Scabi-
nis. et Ceteris quamcunq iurisdictõe. exercen. Mandamus
vt hac prerogatiua ipsum Georgiñ Falkenerum conserñt
et manu teneant. atq inxta præscriptum. illius debitores
omnes. ad solucionem cogant. de eisq iustitiã exhiberi in-
req hospitum præstent. secus pro debito officii sui ex
grã nra secus nõ facturi. Datum Cracouie feria quinta
ante Dominicam Palmarñ proxima Anno Millesimo Quin-
gentesimo Quinquagesimo tertio. Regni vero nostri vi-
gesimo quarto

Relatio Magnifici Joannis Ocz-
stei. R. P. Cancellarii. vt supra

Confirmatio literarum graniciarium. Nobilis Stanislai Damdowski

In nomine Domini Amen. Ad perpetuã
rei memoriã. Nos Sigismundus Augustus dei grã
Rex Poloniæ etc Significamus etc Exhibitas ẽsse nobis
a Nobili Nicolao Damdowski trás Dñi memoriæ Seren-
issimi Regis Sigismundi parentis nostri pergamenas
rum sigillo. appensoq. salvas integras. omniq suspicionis
nota carreñ. continẽs in se cõfirmacionem trárum granici-
arum. inter Nobilis Ostasij Damdowski p̃ossessorem p̃fati

Jur Hereditaria Czerskiekow et Borek. Regalia.

Nicolai Damdowski. et Nobilem Persko olim bonorum ho-
rek possessorem. postquã. ad nos eadem bona sunt devolu-
ta. Supplicatumq; nobis esse in causa. authoritate nostra
Regia confirmaremus. quarum tenor ad verbũ est talis
IN NOMIE Domi Amen ad perpetuam rei memori-
am. Nos Sigismundus dei grã Rex Poloniæ. Magnus dux Lith
uaniæ nec non terrarum Cracoviæ etc. Significamus tenor
præsentium. quibus expedit vniversis. quorum notitiam
habituris. Qua exhibita sunt. coram nobis Stanislai Dam
dowski. Gerardo. in Damdnw. terrigeno nri fidelis dilecti
qui idiomate Ruthenico scripta erant. et postea de Man-
dato nro. in latinũ. translata. et interpretata sunt Suppli-
cãq; dicendi a nobis. vt eas ipsas graciales lras. velut
non suspectas. ac oñi vitio carẽ. innovare. approbare. ratificare. et confirmare. dignaremur. quarumq;
lrarum translatus tenor sequitur. et est talis IN nomiĩ
domi Amen. Nos Petrus Wlodowicz. Podolien et Trebow
lien Capitaneus. Significo gis meis lris. Qua veniens ad
præsentiam meam. et domũ Iwan. ducis Nieswiezen libs
ski. et Petri kiszierg. et Joannis Jaraczowski. nobilis
Lithuanicalis. et Alexandri Crim. et aliorum bonorum ho-
minũ nobilis Ostaffij Damdowski. et Ibrozko. publice
et expresse recognoverunt. quod fecerunt cõpositionẽ
pro limitibus. inter bona sua hereditaria. inter bona
Cherkuchow et Korek. perpetuo duraturam. et compo-
sitores ipsi invenerũt nobilis Ibrozko. subuersisse et
invndasse. Nobili ostaffio Damdowski. piscina sua pra-
ta. et preterea suam propriam rippam bonorum Cher-

tenuonien piscinā extruxisse. Porro arbitri fuerunt no
mine nobilis dñus Cmurowszowicz Clus. et Joannes Zarwu
inszki. Jacobus Leszurowski et Joannes Cerh Osgodszurow-
ski. qui coram nobis libere fassi sunt determinacionē istius
controuersiam. ipsis in manus per ipsas partes firmiter
traditam esse. qui coram nobis recognouerunt vtrorum par-
tes. talem decisionem fecisse. Quod dominus Jsbroszko de-
bet facere obstaculum versus vallem. et supra huiusmodi
vallem nō debet sua piscina mundare prata. neq; pisces
piscari. et ipsi Ostassij Damdowski. infra huiusmodi vallem
non debent pisces piscari. neq; gonitos suos. vbi prius pisca-
bant. insuper inuenerit inter ipsas partes. quod Jsbroszko pi-
scinā ad ripam bonorum Czerkuuowski sitam nō debeat
ea aquā sublenare vltra. sed eā tenere sub vno modo
debet, ne ostaculum subuergat. ad hec Ostassii Damdow-
ski permisit in fine trans fluuiū Hniszta. quia ad Czerke-
mouen bona spectant. et limites eius Zdzuszki sunt Jsbro-
szko nissum ostacio ripam. et prata sua in Terebna cōsen-
dit. vt priuilegio quod sibi dicit expressum est. et Jsbroszko
se sub pena submisit succumbenda vnicuiq; arbitro Ostacio
et Castro per quindecem marcas. quod sublinatos. aggueris
huiusmodi piscine vlterius inundare bona sua nō debeat
et ipsos ostassius potest suam piscinā extruere alius
et alias nouas piscinas facere. et huiusmodi compositio
perpetuis temporibus violare nō debet. Datum dum Regia
Mtas fuit Trembowlie. Dominica Judica. Anno dom Millesi-
mo Quadringentesimo Decimo. Nos itaq; Sigismundus
Rex prefatus supplicacionē memorati Stanislai Damdowski

pro eo ad nos facte & rõm cõsõ gratiose annuẽ pra
missas literas concordie graniciorum in omnibus
earum condicionibus articulis & sentenciis. de certa
sciencia & speciali gratia regijs nris innodandũ
approbandum & confirmañ & ratificañ duximus Cõ-
firmamusq approbamus: & innouamus. presentibus
decernẽs. prout decernimus easdem lras. ac omia &
singula in eis contenta. vim & robur perpetue debi-
te firmitatis obtinere presentiũ tenore mediante. In cu-
ius rei testimoniũ. sigillum nostrum presentibus est
sub appensum. Actum Cracovie feria quarta. ante festũ
S. Joannis Baptiste proxima Anno millesimo quingẽte-
simo Trigesimo primo. Regni vero nri vigesimo quinto
Presentibus ibidem Reuerendis in Xpõ patribus Petro
de Tgomice Cracovien. ac Regni nri vicecancell Joañe
Carnkowski Premisliẽ & electo Cuiavien. Joanne de Cam
brisio Camineceñ Episcopis. Nicolao Magnũ ducis Cuiuro-
sie. & venerabilibus Xpoforo de Szydlowiecz Castel
lano & Capitaneo Cracovien. ac Regni nri Cancellario
tum Siradien Boczarsonien. Costinien. Nowegr Comitatus
& sedlcien Capitaneo. Andrea Comiti de Tgorzim
Cracovien. belzen Xpsinien Ratgnien. & Crasnostani.
cñ Capitaneo. Joanne Comiti de Tgarnow Russie exer
citũ Regni nostri supremo ac Sendomirien Capita
neo. Palatinis & Capitaneis Nicolao de Szydlowiecz
sendomirien Regni nri Tgisaurario. Radomien. Olstinen
Xpsipolen Zatgorien Osweczimien Capitaneo. Stani:

slao de oprzowa Buczeń. et Capitaneo Opocznensi Joan
ni de Tgeczin. Lublinen. et Marszalco Curie nre Castila
nis. Joanne Cgowenski Electo Premisslien. et preposito Pos
nanien. Nicolao Zamoyski. preposito omni Sctorum Ca
nonico Cracovien. scolastrie nris. et aliis gramplu
bus dignitariis. Officialibus et Aulicis nris. smare et
fidelibus dilectis. Datum per manus prefati Magnifi
ci Cgristopgori de Sczydlow Castellani et Capti Cracl ac
Regni nri Cancellarii. smare nobis dilecti Cgristopgerus
de Sczydlowiecz clk Relacio eiusdem Magnici cgropgeri
de Sczydlowiecz clk. Nos itaq SIGISMVNDVS AVGV
STVS clk prefatus. Supplicacionibus preducte benigne an
nuentes. hres presentes. auctoritate nostra Regia. in
omnibus earum punctis. clausulis articulis. et conclu
sionibus. approbandas. et confirmandas. duximus. approba
musq et confirmamus per presentes. statuen. robur de
bite et perpetue firmitatis eas obtinere debere. etiam si
quibusdam in locis errori interpretis Rutheni. que nos
tamen corrigi iussimus fuerint de premissis Quoniam
vero alicubi vel non satis
Granicierum racionem expli
cant. vel aliis hres. quibus Eorum bonorum donatio. a
predecessoribus nostris. facta cum fluminis exacta dissi
nibacione continetur. non plane respondet. ex gratia
nra tali descriptione granicierii. Notario. commitan
das duximus. commutamusq presentibus. Quod flumen
Terebina. quia montibus Tatri vernacula lingua nomi.
natis inter scalatq et Cgrnichow supernis communemo
rata bona nobilium Pawiczowskich oritur, postiaq ad

bona Czermelion attibitur. mox cum vtroq; litore No-
bilium Danidowskich esse incipit. iuxta donacionem vla
dislai Regis predecessoris nri nobis per Nobilem Nico-
laum Danidowski. exhibitam et ostensam. qua bona per
supra flumen Terebina. predecessori nobilm Danidow
skich. dedit et donauit cum vtroq; littore eiusdem flu-
minis. atq; ita hoc flumen Terebina distinguit hoc bona
Czermelion. Nobilium Danidowskich a bonis olim Nobi
lium. nūc vero nostris Regiis borek. vsq; ad eum locū
vbi in alterum flumen Swiszda nuncupatum influit. vbi
rursus flumen Swiszda bona Czermelion. a bonis Dzusz-
ki pertinit. neq; in illa quequá habent Nobiles Dani-
dowscy. altera vero bonis Czermelion. contigua est et pro
pria. in qua etiam bona Dzieszki. nihil iuris habent
neq; in pratis. neq; in nemoribus. sicut etiam prae-
sertis lris cōtinetur. atq; sopracto flumine Swiszda
inter bona Dzieszki et Czermelion. limes est communis
qui neutris licet transcendere. vsq; ad limitem et
graniczum Czodorowska. vbi est lapis lrus Dzieszkianus
impressus continēs. qui bona Czodorowske et Lubiszo-
wicz. ab vtrumq; bonis. ex vtraq; parte flumis Swiszda
bam Czermelion. Nobilium Danidowskich. qua Dzusz-
ka Regalia dirimit. et seperat. hanc. itaq; granicie-
orum rationem iuxta lras predecessorum nostrorum
a nobis descriptam in omnibus eius membris Nobi-
libus Danidowskum firmam et inviolatam manere vo-
lumus. perpetuis temporibus. et in cuius Harum testi

monio trárum. quibus Sygillum nostrum est appensū
Actum Cracouie feria sexta quadragesime. ante domi
nicam Judica Anno Dom. Millesimo Quingentesimo
Quinquagesimo tercio. Regni vero nostri vigesimo quarto
præsentibus

Relatio Magnifici Joannis Ostro
ski. R. Cancellarii. Sueranū.
rarii Burgrabiiq; Cracē San
decen. ostimēnq; Capti

Edificande taberne Concessio Martino Han consuli Mari emburgen

Sigismundus Augustus. etc

Significamus tenore presencium. quibus expedit
vniuersis. Quod cum annis superioribus. Magnifi
cus Stanislaus Costgka. Palatinus Culmen. terrarum R.
sie Thesaurarius. sueuere nobis dilectus. in villa trape
nen maioris insula nostra Mariemburgen. taberuam no
ram instituisset. certam aream. pro edificañ taberna emē
suasset. et designasset. quam Famato Martino Han Conse
li Marienburgen. contractu locationis assignauit. Ita
quidem. vt eidem Martino Han. suisq; heredibus et suc
cessoribus. in ea area taberná Edificare. vtiq; cereui
siam ac medoné. per se aut subordinatum taberuatorē
sūm propinare et diuidere liberum esse debeat. Atq; Marti
nus Han suiq; heredes. et successores ratione taberne
et concesse libertatis. in singulos annos duas marcas

Prutſgenicas . in Caſtrum Marienburgen̄ ſoluere tene
buntur . et obligati eſſe debent . preterea Martinus Han
pro uſu eiusdem tabernæ . in uilla Trapenaŵ medii
mansum agri a Francisco Bretger certa pecuniarea
summa emit . prout lre Magnifici Stanislai Costgka Col.
mien̄ Palatini . et inscriptiones inter Martinū et Fran.
ciscum latinis inſe cōtinent . quas hic proinſertas hab..
ri uolumus . Cum uīt præfatus Martinus . Iidem ram ta
bernam ædificauit . et ne factis sumptibus frustretur . Nos
ad comendationem dicti Stanislai Costgka Culmen̄ Pa.
latini . eandem tabernæ locationem . et medii mansi em
ptionem . ratam et gratam habentes . tabernam in uilla
trapenen̄ ædificatam . una cū medio manso agri præ
fato Martino . Han . suisq; legitimis hæredibus . et suc
cessoribus assignam̄ . Conferen̄ . et inscriben̄ . ac donam̄ . du.
ximus . prout eidem Martino Han . suisq; hæredibus et
successoribus . legitimis dictam tabernā et medium man.
sum agri . nre hereditarie . et perpetuo Culmen̄ . assignamus
conferimus . et inscribimus donamus per præsen̄ eandem
per supra nominatum Martinū Han . suosq; legitimos hæ
redes . et successores . una cum medio manso agri habēn . te.
nen̄ . quietq; et pacifice sub solutione . annui census . posſi
den̄ . ac venden̄ . permutan̄ . alienan̄ . dan̄ . donan̄ . in
suosq; suos successores hæredum . et successorū cuiuſ.
cūq; prout ipsis melius . et utilius videbitur . expedire per
petuo . et in eum . Tenebitur tamē dictus Martinus Han
ac hæredes et successores eius tenebūtur ratione medii

mansi agri. scorsum annuatim nobis. successoribusq nris
censum solvere. atq omnes labores. pro aggerum et Castri
necessitate ferre. et sustinere prout praedecessores illius et
ipse dicti medii mansi possessores. quousq solvebant. fere
bant. et sustinebant vigore Gar̃um tr̃arum quibus si:
gillum nostrum est appensum Datum Cracoviae in Comitijs
Regni generali. feria quinta. ante dominicam palmarum
Anno Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo tercio

Ex libris Magnici Joannis Ostrorogi
D. P. Camerar. etc. vt supra

Exemptio Civium Leopolien sium a Judiciis Terrestribus ac dignitariorum

Sigismundus Augustus Dei gra Rex Poloniae etc
Significamus praesentibus literis nris universis
et singulis. praesentibus et futuris. quorum noticiam
habituris. Quod etsi privilegijs. serenissimorum praede-
cessorum nostrorum. Proconsuli Consulibus. Advocato. Sca-
binis. Civibus. ac omnibus ijs qui sunt sub urisdictione Civi-
tatis nostrae Leopolien̄ concessum sit. ne ex Jurisdictione sua
